

cum libris essent coniuncti : interim tamen his ipsis non sine fructu atque delectatione uti possumus &c. claudam prolixam epistolam quaestum alia, quid sit in nummis Cleopatrae sive Antonii, ΟΣΣΑΝΣΩΤΗΡΑ, ita enim habet Graeca inscriptio : Κλεόπατρα Βασιλίσσης ὁστανσωτήρα.. Alius gignendi casum enunciatur : Κλεόπατρης Βασιλίσσης ὁστανσωτήρας ex altera parte scriptum est : Μάρκος Αυτόγεος εὐοισῆς, αὐλοκράτωρ, τριῶν ἀνδρῶν, quae satis planarunt ; sed prius illud non intelligo , nec à me melius quam à Te explicabitur. Respondebis, quando commodum videbitur : Vale interea & me, uti coepisti, ama.

Erfurti ad 5. Xbr. 1657.

Tomus XXXI. non pertinet ad ceteros codices , sed peculiare opus est primis XII. imperatoribus ex numis cognoscendis destinatum , cuius nos titulum & praefationem hoc loco exhibebimus.

*Series Imperatorum Romanorum ac Graecorum & Germanorum omnium a C. Iulio C. F. C. N. Caesare usque ad Maximilianum II. Caes. P. F. Aug. una cum Liberis Patrимis atque Matrimis ex A. A. A. numismatisbus quam fidelissime delineatis : Inservimus etiam iuxta tempora Hexarchos & Longobardorum Reges omnesque cum ipsorum elogis breviter descripsimus ex musaeo Iacobi de Stradae Mantuani Caes. Antiquarii Civis Romanii.*

Complures sunt anni, quod nos in omni antiquitatum genere elaboramus, numismatum videlicet, tum etiam marmoris, aerisque flatuarum, inscriptionum atque aliarum quoque rerum, quas longum esset sigillatim recensere : quemadmodum meo in museo licet videre ; praesertim vero in meo XII. linguarum Dictionario : Illud enim universi terrarum orbis antiquitates , una cum earum explicationibus complectetur. Verum cum Dictionarium illud immensi operis sit, interea recreandi animi gratia privatim excerpti , ac una contuli omnium Imperatorum seriem, incipiens a C. Iulio Caesare & finiens in Maximiliano II. Imperatore, benignissimo Domino meo : id est singulorum Imperatorum singula numismata , ita quoque, ut quodlibet numisma habeat alteram partem expressam. Deinde sub quolibet Imperatore singula numismata, ex singulis quae reperiuntur formis, similiter cum alteris eorum partibus expressis : hoc est Uxoribus, filiis, affinibus, (quemadmodum in Indice apparebit, in quo caput erit descriptum, cum altero latere, siccirco ut qui perspiciet, maiorem capiat volupatem, plenioraque intelligentiam habeat : est enim huiusmodi numismatum studium profecto ab aliis diversum,

nam multa extant difficultia cognitu, quae quisquis, quamvis doctius, nequaquam valet cognoscere:) cum his inquam erunt apposita, ad alium usque Imperatorem, qui post sequitur. Ante uniuscuiusque vero numisma, breve extat elogium descriptum, quod ad illud pertinet numisma, vitam illius vel viri vel mulieris continens: literis grandioribus latinis, quibus priscis uti solebant: elogiumque descriptum extat in aliquo lapide ex antiquis illis excepto, ut passim in romanis aedificiis videtur. Post haec vero epistolam habetis, omnium numismatum, quae in hac primo Tomo extant, indicem, qui quidem XII. continet Imperatores a C. Julio Caesare ad Domitianum usque, qui communiter XII. Caesares appellantur. Numismata vero, quae hic apposuit, ex rarioribus sumi, quae potius omni adhibita diligentia, quae quidem visa mihi sunt historiae proposito conducere. Verum est tamen, omnibus elo- gis non esse sua numismata, ut certe optabam: idque propterea, quod non omnia inveniuntur, quanquam cusa fuerint. Nam quoties aliquis Imperator Caesar designabatur, mox ille gloria commotus, ne nomen extingueretur suum, iubebat, ut omnis generis moneta cuderetur: ex qua quidem & militibus stipendia solverentur, & per universum terrarum orbem ea impenderetur, notumque simul omnibus esset, affecutum se esse imperium. Ipsi porro non ut binur deinceps praeteritorum Imperatorum moneta: nisi patres fuissent, vel successores adoptassent. Multi ad hoc dicere possem, sed cum alicubi suis tractaverim, consilio pratermitto. Quod si numismata non extant, extant tamen elogia, quae historiae filum continuant, quoniam vero in cunctis orbis terrae regionibus aedes monetarias habebant, in illo numismate, quod in Graecia cudebatur, et si caput Imperatoris simile ei extabat, quod in Italia cudebatur: tamen literae graece scalpebantur, quumque in singulis Graeciae civitatibus moneta cuderetur: in altero monetae latere nomen singularum civitatum erat, cum figura, vel capite: quod solebat esse foemina quaedam, in capite coronam habens turritam, cum pinnis: aliquot autem reperiuntur, cum aedificiis, templis scilicet aut aedibus, ut ego ex his, quae penes me sunt, possum ostendere. Eodem quoque modo hodieque Romani uiuntur, non tamen Romani ipsi, verum Romanus Pontifex, qui corum tenet imperium. Atque hoc antiquitatis illius imitatione, vult ut in qualibet civitate ecclesiae illius subdita, cedatur moneta: semperque cum eius effigie, aut insignibus: imitatione vero Graecarum priscis temporibus cuiarum, etiam earum, ubi cudentur, civitatum apponunt nomen. Sed ad propositum revertar: Videlicet bac in serie deficere numismata, ut opus absolutius existaret, ex Graecis aliquot posui. Post aliquantum temporis, rectius considerans decrevi, sicut hodieque in sententia persisto, bac in serie Graeca numismata cum latinis neutiquam misce-

miscere, sed latina solum relinquere : Graecam vero seriem aliam seorsim edere, ita ut ex duabus una fieri queat perfecta, cum utraque ante oculos erit exposita. In Graeca si quidem aliqua sunt numismata, quae minime in latina reperiuntur, sic pariter aliqua latina habet, quae nequaquam sunt in Graeca. Porro autem in Graeca serie conatus sum numismata exhibere, quae altera latera habeant latinis similia, quae historiae curiosos (spero) vehementer oblectabunt. Eadem latina elogia in graecam quoque linguam conversa sunt, & ipsa similiter grandioribus literis descripta : eodem modo quo & alia latina, cum figuris lapidum antiquorum, qui extant Romae. Addidi praeterea in hac serie Exarchos Regesque Longobardorum, qui in Itilia regnaverunt : simul cum suis numismatibus, quae habere potui : Extant etiam cuncti tyanni, qui diversas mundi partes occupaverunt. Tametsi hoc ordine ad calcem, (ut dicitur) pervenire me non confidam, nam cum ad numismata devenitur, quae cusa sunt in Graecia, eorum maior pars graeca est, latina pauca reperiuntur. Idem cum in Germania incipit imperium, horum Imperatorum graeca non reperiuntur, imperium enim tum erat divisum. Non praetermittam tamen, etiam si hoc obstat, quod videlicet eorum numismata invenire nequeam, quin sigilla ex privilegiis ab ipsis Imperatoribus concessa adducam, vel monetam, in qua eorum scripta erunt nomina. Ita & ceteri plus quam valeo, satisfaciā, usque ad operis finem. Continuabantur nibilominus elogia, quemadmodum est a principio coepit. Vale.

## C CL XIX.

Autores Graeci περὶ χρυσοποιίας.

De hoc codice nostro aliquot paginis commentatur Morhofius lib. I. polyhist. c. XI. multaque affert ex Reinesii de eo iudicio ac dissertatione. Sed cum Graecarum literarum ac rerum naturalium studiosis gratam fore existimem totius diatribes lectionem ; omnia a Reinecio codici praemissa adscribemus.

*Quisquis in Codicem hunc Bibliothecae Ducalis Altenburgensis incidet, noris similem in Bibliotheca Regis Christianissimi servari ; idque indicio Cl. Salmasii in Exercitationibus Plinianis dидici. Sed & Gesnerus Zosimi ad Theocubiam opuscula, quae Suidas XXVIII. esse scribit, cum aliis XIII. autoribus Graecis de arte sacra manuscriptis, qui hi ipsi sunt, in Italia alicubi latere, & Simlerus apud Iohannem Dec Londin. Anglum medicum Democriti Ξηρουνα cum Synesii & Stephani commentariis esse tradit. Librius vero mala estognitia, qui non tantum, quod ab imperitia eius est, mendosissime descri-*